Statutum duodecimum, contra homicidas.
Statutum decimumtertiũ contra fures.
Statutum vltimũ de ſtatutis pœnalibus in genere.

b *Pœnam.*] Puta in rerum amiſſione ſecun-*tur, an computanda ſint furta extra territorium commiſſa, & an ea, pro quibus fur iam fuerat punitus, dixi ſupra hoc eodem lib. §. furtum, verſ. ſed pone, & ſeq.*

Statutum vltimum, de ſtatutis pęnalibus in genere.

57 *Quæro, an ſtatutum imponens,*[b] *pœnam nouam pro aliquo delicto cẽſeatur abrogaſſe pœnam iuris communis. Dixi infra quæſt. 85. verſicul. debet etiã, & in eadem quæſt. per totam videnda ſunt quæ in propoſito ſtatutor. pœnal. ſatis diffusè tractauimus.*

dum veram, realem concluſionem, & quam ſeruari in practica dicit Foſ. de Lud. Peruſ. deciſ. 80. num. 27. quem vide per totam illam deciſionem. *Guiot.*

QVÆST. LXXXIII.

De pęnis arbitrio iudicis imponendis.

SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *De pœnis arbitrarijs.*
Caſus, in quibus pœna iudicis arbritrio committitur, qui ſint, ibidem.
2 *Iudex male iudicans ex imperitia tenetur parti arbitrio iudicis.*
3 *Impoſteres puniuntur arbitrio iudicis.*
4 *Vim publicam, ſeu priuatam committens punitur pęna extraordinaria.*
5 *Compellens aliquem ad teſtandum, qua pęna puniatur.*
6 *Oſculum inferens mulieri per vim, punitur pęna extraordinaria.*
7 *Partum exponens punitur pœna extraordinaria.*
8 *Mittens præcepta vallis Ioſaphat, vel alias, punitur extra ordinem.*
9 *Iniuriam alteri facientes contra bonos mores puniuntur extra ordinem.*
10 *Amouens terminos agrorum qua pęna puniatur.*
11 *Iudex, cuius arbritrio pęna eſt iure commiſſa, an poſſit arbitrari pœnam mortis.*
12 *Et quid ſi ſtatutum imponat pœnam centum, vel aliã maiorum, vel minorem arbritrio iudicis.*
13 *Iudex habens arbritriũ in pęnis imponendis debet illas imponere iuxta qualiaatem delictorum.*
14 *Pęnitentia impoſita pro peccatis à ſacris canonibus hodie ſunt arbitraria confeſſoribus.*

Ex Additionibus.

1 *Pœna quando dicatur arbritraria, remiſſiuè.*
2 *Iudex male iudicans quomodo puniatur.*
3 *Et quid de arbitro, Arbitratore, Notario, Medico, Aduocato, Agrimenſore, Artifice, remiſſ.*
4 *Iudex filius fam. per imperitiam male iudicans, non tenetur vltra peculium.*
5 *Et quid ſi tempore ſyndicatus peculium decreuit.*
6 *Et quid ſi tempore ſyndicatus ſit effectus ſui iuris.*
7 *Iudex per imperitiam iudicans punitur, licet grauatus non appellauerit.*
8 *Et quid ſeruetur in practica.*
9 *Et quid ſi ſententia non fuerit executioni demandata.*
10 *Libellus quomodo ſit formandus contra Iudicem male iudicantem.*
11 *Iudex condemnans indebitè ad mortem quomodo puniatur.*
Iudex in dubio præſumitur male iudicaſſe per imperitiam.
12 *Stellionatus crimen, remiſſiue.*
13 *Impoſtura quid ſit, & quomodo puniatur, zuntatores, ſiue impoſtores, acrius ſunt puniendi quam fures.*
14 *Vis publica, & priuata quando dicatur.*
Statutum puniens vnionem decem armatotum habet locum etiam in ſex armatis ibidem.
Vnio armatorum ſemper præſumitur ad malum finem. ibid.
Vnionum materia, & decretorum vniones prohibentiũ, vbi tractetur, ibid.
15 *Inſultans cum armis, ſi eſt ſolus, an punsatur de vi publica.*
16 *Vim priuatam committens punitur, licet rem raptã reſtituat.*
17 *Vis publica an confundatur cũ alio delicto, propter quod vis infertur.*
18 *Vis publica an committatur per vnum ſolum.*
Accuſatio vulnerum non eſt publica, ſed priuata.
19 *Vis dicitur illata cum armis, licet quis arma deieciſſet, poſtquam ad locum peruenit.*
20 *Vis publica requirit dolum.*
21 *Vis, & violentia differunt.*
Et quomodo committatur, remiſſ. nu. eodem.
22 *Clerici propter violentiam quomodo puniantur.*
23 *Auferre, quid ſignificat, & an probet violentiam.*
24 *Vis dicitur, quoties quis ſibi ius dicit, & propria auctoritate aliquid occupat.*
25 *Vis publica cenſetur deducta, ſi ex proceſſu probetur de armis licet in libello ſimpliciter de vi ſit facta mentio.*
26 *Statutum, quod volens aliquam violenter corrumpere puniatur morte, quomodo ſit intelligendum.*
27 *Inſultus non dicitur fieri, niſi quis ſit adeò propinquus inſultato, vt potuerit illum verberare.*
28 *Prohibens aliquem teſtari quomodo puniatur.*
29 *Compellens aliquem ad aliquid ſibi dandum, quomodo puniẽdus, remiſſ.*
30 *Poſiſtrati Athenienſium Tyranni factum egregium.*
31 *Oſculanti impudice pęna remittitur Iudicis arbitrio.*
32 *Et quid in Regno Neap.*
33 *Et quid in ſtatu Eccleſiaſtico.*
34 *Partus exponentes quomodo puniatur.*
Expoſiti an cenſeantur legitimi, & poſſint ad ſacros ordines promoueri ibidem.
35 *Et quid de exponente ſpurium.*
36 *Superſtitioſi quomodo puniantur.*
37 *Terminos mouentis pæna, remiſſiuè.*
38 *Iudex in pęnis arbitrarijs poteſt puniri pecunia, & in corpore*
Et quid in vili perſona.
39 *Et an ad mortem naturalem.*
40 *Statutum concedens Iudici arbitrium in puniendo non habet locum in caſibus, in quibus ſpecialiter per ſtatutum eſt pæna impoſita.*
41 *Arbitrium conceſſum vſq. ad mortem intelligitur excluſiuè.*
42 *Arbitrium in pænis non extenditur ad mortem in delictis non conſumatis.*
43 *Pæna perpetui carceris non poteſt imponi per Iudicem laicũ habentem arbitrium imponendi omnem pænam.*
44 *Furtis appellatione venit deflorans virginem.*
45 *Arbitrium conceſſum in condemnando, non cenſetur conceſſum in procedendo.*
*45 *Similia quæ dicantur, & quomodo eis vtendum ſit.*
46 *Iudices iudicando caueant, ne dicant, quod videatur vulgo iniquum.*
47 *Iudici ſi ſit conceſſum arbitrium generale, id non extenditur ad bonorum confiſcationem.*
48 *Sacerdos in pęnitentijs ſacramentalibus an habeat liberum arbitrium.*

ADDI-

ADDITIONES
Ad Quæſt. LXXXIII.

a *Dixi etiam.*] De imponenda pœna extraordinaria, ceſſante ordinaria, ubi tamen adſit delictum; vide ſupr. q. 68 verſic. forma autem, ubi ad imponendam aliquam pęnam extraordinariam, & de tali pœna ſupra quęſtione 38. uerſ. quæro etiã ad finem, & verſ. ſed quęro, vbi dici poteſt illi militi, quod excuſatio à tanto non excuſat à toto, ut habetur ſupra quæſt. 60. ver ſic. quęro nunquid ad fin. ſupra quæſt. 64. verſ. illa ta verò, vbi non quidem ad pęnam ordinariam, & nota in præſenti propoſito, quod lex prohibens aliquid fieri, licet prohibendo pœnam non decernat, tamen contraueniẽs tali legi non effugit pœnam extraordinariam, per text. in l. nemo martyręs, & ibi Bartol. C. de ſacroſ. eccleſ. prout citat illum text. Bello, conſ. 43. numero 13. ad finem, ſupra q. 17. uerſ. finé, infra quæſt. 89. uerſ. pone ad mediũ. Alium caſum ad pœnam extraordinariam hic non tactum ſupra quæſtio. 18. verſ. ſed quæro. *Droghe.*

3 *Dixi etiam.*] Adde † vt per Menochiũ de arbitr. ſup. caſu 381. cum ſequẽt. vbi latè.

Item adde, quòd omnes pęnæ in Principe ſunt arbitrariæ, l. in fine. C. de ſumma Trinitate, & fide Cathol. Gram. deciſ. 36. numero 12. & voto in fine, & Deciſ. Pedem. 60. numero 18. *Baiard.*

QVÆST. LXXXIII.

1 *Dixi*[a] *etiam eſſe nonnulla Crimina, in quibus nulla certa pœna eſt à iure impoſita; ſed relicta eſt imponẽda arbitrio iudicis,*[b] *quæ recenſet Fab. in pract. arbitr. fol. 435 & alijs ſeq. & videri poſſũt apud Cal. in Marg. fiſci, fol. 95. & ſeq. 94. caſus, in quibus à iure irrogatur pęna extraordinaria arbitrio iudicis imponenda.*

2 *Iudex*[c] *male iudicans ex imperitia tenetur parti arbitrio*[d] *iudicis. Et hæc eſt communis mens Doctorum, vt dicit Boſſ. in titulo de officialibus corruptis pecunia, numero 22.*

In hac[e] *autem materia criminum extraordinariorum habemus duos titulos, alterũ de extraordinarijs criminibus, & alterum de crimine ſtellionatus. Et quia plerumque contingit tractari de pęnis imponendis in huiuſmodi delictis, exiſtimaui non incõgruum fore, ſi aliquot exempla ſubijcerem.*

3 *Si*[f] *quis impoſturam fecerit, poterit ſtellionatus poſtulari, inquit text. in l. 3. ff. de crimin. ſtellion. Et proximis annis quidam impoſtores, qui torquibus adulterinis decipiebant viatores, fuerunt iuſſu ſenatus fuſtigati, & eiecti à Ducatu, 29. Martij. 1558. P. N. Sic etiam quidam impoſtor Venctus Petrus de Nigris, qui mentitus ervt ſexnm, & manus debilitationem, iuſſus fuit faſtigari, & eijci ſub pœna triremium. 28. Nouembris 1551. P. N. Nec omitendum eſt hoc loco memorabile arreſtum latum Tholoſæ 12. Septembris, 1560. contra quendam Arnaldum de Tilla impoſtorẽ, qui finxit ſe eſſe Martinum Guerram, qui iam per multos annos aberat; & ita cohablitauit cnm eius vxores multis annis, & ex ea iibros ſuſcepit: deinde cum rediſſet Martinus Guerra, & res cũ ſumma difficultate detecta fuiſſet, fuit Arnaldus ſuſpenſus, & flammis cõbuſtus. Et huius arreſti mentionem facit Papo lib. 22. tit. 9. arreſto 20. cuius etiam proceſſus libellus eſt apud me, Tholoſæ impreſſus.*

c *Quæ recenſet.*) Adde vt per Iac. Menoc. de arbit. iud. lib. 2. cent. 4. caſ. 481. cum. pluribus ſeq. *Giach.*

c *Iudex male iudicans.*) Adde † Menoch. de arbitrar. ca-
2 ſu 319. fol. 318. vbi pleniſſimè, & Vincent. Caroc. iu trac. locati, & conducti parte 3. rubr. de var. & extraordin. cognit. folio 83. vbi † habetur eriam de arbitto, arbitratore, Notario, Medico, Aduocato, Agrimenſore, & alijs artificibus per imperitiam malè iudicantibus.
4 Item † adde, quod Iudex malè iudicans per imperitiam, non autem dolo, ſi eſt filius familias, non teneretur vltra peculium, l. ſi filius familias, vbi Bartol. ff. de iuriſd. omn. iud. & Aldobrand. ad gl. inſtit. de oblig. quæ ex quaſi delicto, dicit communem, & ſi † peculijs quantitas tempo-
5 re, quo iudicanit, minor quam tempore ſyndicatus fuerit, fortè in tantum ſolummodò reneri eum ſuſtinere poteſt:
6 & ſimlliter, ſi tempore ſyndicatus † ſui iuris fuerit, ſecundum tempus ſententiæ erit condemnandus, ideſt ad quantitatem peculij, ſecundum Lautent. Tenni. caut. 88. vbi hanc quęſtionem latè tractauit.
7 Item † adde, quod pars iniuſtè condemnata per imperitiam Iudicis, licèt non appellauerit, poterit tamen agere contra Indicem, ſecundum Bal. in c. 1. de pace iur. firm. §. Iudices num. 7. etiamſi eius ſententia fuerit confirmata, vt ibi per eum, & per Menoc. in d. caſ. 339. nu. 13. & 14. ſed hoc
8 non † eſt uerum, quia de iniquis decretis, aut ſententijs malè latis Iudices hodie non ſyndicãtur, vt per Grammat. in conſ. 54. uumero 11. quem ſequitur Bertazzol. in conſil. 91. num. 1. & 71. numero 8.
9 Item † adde, quòd iudex malè iudicans non teneretur parti, etiam quòd ſententia eſſet iniquiſſima, ſi ipſe d. ſententiam non exequeretur, vt per Grammatic. conſ. 54. nu. 10.
10 Item † adde, ſi agatur contra iudicem, qui malè iudicauit ex imperitia, cõcludet libdllus, vt condẽnatio fiat in quantum religioni iudicantis uidebitur; ſi autem malè iudicauit dolo concludet libellus ad condemnationem veræ ęſtimationis litis: uerum ſi ſententia non dari; ſed fieri, aut pati quid iniurioſum mandaret, puta mutilationem mẽbri, aut quid ſimile, concludet libellus ad intereſſe, & ad certam æſtimationẽ, quã potius de ſuo poſuiſſet ſoluere grauatum, quam tale damnum, & grauamẽ pati; ita tradit Fridericus Schen. in tract. de ſententia, & re iud. numer. 49.
11 & ſi † iudex per imperitiam aliquem condemnauerit ad mortem arbitrio iudicis puniri debet; & ſi doloſè cõdemnauerit, tenetur pæna mortis. Grãmatic. deciſione 99. uerſ. 1. & 2. Gomeſ. de delict. cap. 3. nu. 16. uerſ. ſecundus caſus.

Item adde, quod iudex male iudicans in dubio præſumitur iudicaſſe per imperitiam, & non per dolum, niſi qualitas facti, nulla poſſet paliatione uelari, Bal. in l. obſeruare, §. proficiſci, ff. de offic. proconſ. & leg. & Franc. Marc. in deciſ. 987. part. 1. *Baiard.*

d *Arbitrium iudicis.*] Adde fuſius per Iaco. Menoch. de arb. iud. lib. 2. cent 4. caſu 339. vbi declarat num. 5. quæ hoc in caſu ſit pæna arbitraria, & extendit principalem concluſionem ſex modis, de quibns vide ibi cum ſuis declarationibus. *Giach.*

e *In hac autem materia.*] Farin. q. 111. art. 16. num. 435. vol. 4. *Roſ.*

In hac autem materia.] Adde † videndum Menoch. de
11 arbitr. iud. iu caſ. 381. vbi pleuè tractauit materiam criminis ſtellionatus; & Far. in quæſt. 19. num. 33. cum ſeq. vbi magis late. *Baiard.*

f *Si quis imposturam.*] Hic adde in ſuo propoſito tex. in l. 1. ff de Abigeis, qui vulgati lingua noſtra dicuntnr Barrattini de caualli, & de Impoſtuta habetur ſup. q. 23 verſ. 1. ad med. Impoſtura autẽ idem eſt quod fraus Marãt. ſuo Spec. par. 4. ſub tit. ſeculare, vel eccleſiaſticum, n. 29 in princ vide tex. in l. 3. §. ſi quis Impoſturam, ff. de crim. ſtell. de cuius interpretatione dixit Menoc. d. tract. de arb. iud. lib. 2. cent. 4. n. 22. cum ſeqq. caſ. 381. & caſ. 383 p tot. At in ꝓpoſito vxoris Martini Guerræ, de qua hic; dic ea licitè inſpecto iure ciuili potuiſſe nubere poſt triẽnium abſentia mariti gl. in l. non vt, in verb. conſtitutum, ff. de cap. & poſtli. reuerſ. *Drogh.*

Si

Si quis impoſturam.] Menoch. de arb. iud. caſ. 383. Roſ.

Si quis impoſturam.] Adde † videndum Menoch. de arbit.
13 iud. in caſ. 383. vbi ponit quibus pęnis impoſtores puniantur, & quid ſit impoſtura, vide Cagnol. in l. fraudis interpretatio, num. 5. vbi habetur etiam, quid ſint fraus, fallacia, calliditas, & machinatio. Etiſi impoſtores acrius ſunt puniendi, quam fures, ſecundum Ioan. Bapt. de S. Seuer. in l. cunctos populos colum. 1. in vlt. repet. C. de ſumma Trinitate, & fide Cathol. vbi plura iura allegat, & eos vocat Zuntatores, quem refert, & ſequitur Marſil. in ſingulari 318. fui rogatus, & Iacob. Nouel. in pract. & theoric. in capitulo furtum, num. 25. Baiard.

g Vim publicam.] Vigell. M. I. R. libro 1. capit. 13. q. 2. de vi public. item & Vulpell. conſ. 46. num. 8. Theſaur. deciſ. 35. Decian. tract. crimi. tomo 2. libro 8. cap. 1. 5. 16. & 4. ſeq. Roſſ.

Vim publicam.] Adde
14 † Menoch. de arbitr. iud. caſ. 394. fol. 370. vbi pleniſſimè de vi publica, & priuata, & Afflict. in conſtitut. violentia, & Decian. in tract. crim. lib. 8. c. 16. 17. 18. & 19. vbi latè, quibus modis committatur vis publica, & priuata: quibus modis puniatur, & quomodo excuſari poſſit.

Item adde, † quòd ſtatutum puniens congregationem decem armatorum habet locum etiam in congregatione ſex armatorum ſecundum Becc. in conſilio 71. numero quarto, & vnio hominum armatorum in dubio præſumitur ad malum finem. Natta in conſilio 665. volumine quarto, & in materia vnionum, & decretorum vniones prohibētium, latè per Boſſ. in tit. de crim. læſæ Maieſt. numero 23. cum ſequent. in tit. de vnionibus.

15 Item adde, † quod Grammat. in vot. 15. nu. 20. & deciſ. 17. tenuit contrarium, quòd faciens inſultum cum armis ſolus, & non coadunatis hominibus non punitur de vi publica, ſed pæna exilij, & relegationis. Com. in conſilio. 175. vol. 3. & Bart. & Sali. in l. ſi criminis C. ad l. Iul. de vi pub. & ibi dicit Bartol. vim publici fieri coadunatis hominibus, etiamſi quis vnum hominem coadunauerit.

16 Item † adde, quod committens vim priuatam punitur, etiam quòd rem raptam ante inquiſitionem formatam reſtitueret, Afflict. in conſt. violentias num. 40.

17 Item † adde, quòd pęna vis publicæ non tollitur, nec confunditur propter aliud delictum, cuius cauſæ vis infertur. Salicetus, & Angelus in lege tertia, Cod. de vi public. hoc tamen intelligitur communiter per Doctores, ſi incontinenti ſit factus inſultus, & percuſſio, tunc enim punitur ſolum de percuſſione, & confunditur inſultus cum percuſſione, quia ad eundem finem iſta duo delicta fuerunt facta. Bartol. in l. illud, ff. ad legem Aquil. Bald. Alex. & Iaſ. in l. diuortio, in princip. ff. ſolut. matrimon. Ang. Aret in verbo fecit inſultum columna 2. verſ. vt aduertat, Alex. conſ. 115. volum. 3. & ibi dicit, ꝙ in dubio intelligitur, quod fuerit incontinenti: vide etiā Marſil. in pract. crimin. in §. & quia, num. 38. Et quod faciens inſultum cum armis puniri debeat de vi publica, etiam, quòd eſſet ſolus, tenet Grammat. conſ. 43. ſed multi tenuerunt contrarium, vt refert Foller. in pract. crim. in verb. pęnis debitis, n. 36.
28 vbi diſtinguit, quod ſi † vnus ſolus appenſatè cum armis offendit, ꝙ tunc procedit opinio Grammat. aut non appenſatè, & tunc procedit opinio tenentium contrarium: dicit tamen Gand. in tit. de tranſact. ſub nu. 14. quòd hodie ſecundum generalem conſuetudinem Lombardiæ, & totius Italiæ vulnerū non eſt accuſatio publica, ſed priuata.

4 *Vim g publicam, ſeu priuatam committens hodie ex generali conſuetudine punitur arbitrio iudicis. Et in ſpecie de vi priuata, quod ex vſu, & in praxi puniatur pęna arbitraria, atteſtatur Practica Iodoch. c. 100. n. Scias autem, quòd lex Iulia de vi publica punit vim inferentem cū armis: lex autē Iulia de vi priuata punit inferentem vim ſine armis. Faciens igitur inſultū cum armis punitur lege Iul. de vi publ. Et hoc etiam ſi ſolus, & non coadunato cœtu huiuſmodi inſultum fecerit. Et ita communiter tenetur, vt atteſtatur Grammat. ſuper conſtit. Regni, fol. 20. n. 5. & 12. vbi etiam dicit, quòd id obſeruat cummunis vſus iudiciorum.*

5 *Compellens i aliquem teſtari criminaliter puniatur arbitrio iudicis. Ita dicis glo. in l. 1. in verbo, Crimen, C. ſi quis aliquem teſtari prohib. Tu verò dic, quòd aut in tali coactione interuenit violentia cum armis: & tunc puniendus eſt pęna legis Iuliæ de vi publica: Aut facta eſt violentia ſine armis; & puniendus eſt pęna legis Iuliæ de vi priuata: Aut non interuenit violentia, ſed ſolus metus, & tunc punitur arbitrio iudicis. Et ita in hoc articulo diſtinguūtur Doctores, vt atteſtatur Iacobus de Sancto Georgio in d. l. 1. num. 4. Hæreditas autem per metum alicui relicta, fiſco applicatur, vt dixi ſupra q. 79. verſ. ſi teſtatur.*

19 Item † adde, quòd ſi quis peruenerit ad locum cum armis, & ſtatim arma proiecerit, dicitur vim cū armis intuliſſe. Angel. in l. 3. qui maritum, ff. de vi, & vi armata, & Soc. in conſil. 188. nu. 7. vol. 2. Et inſultus factus cum armis etiā non extractis punitur de vi publica, ac ſi extractæ non fuiſſent, vt dicit text. not. in l. 3. §. armis, ff. de vi & vi armata. Roman. ſingul. 568. incip. inſultus. Gram. conſ. 42. num. 3. & Dec. & Cagn. in l. 1. quoti. tela. §. Inſtum eſt de regul. iur. quē refert, & ſequitur Carau. in ritu 68. num. 17.

20 Item adde, quod vis publica requirit dolū, vt per Crauett. in conſ. 18. nu. 10. & Gabriel in conſ. 172. num. 12. vol. 1.

21 Item † adde, quòd eſt differentia inter vim, violentiam, & actū per vim, ſeu violenter faciendum, ut per Caſtrenſ. in conſ. 27. num. 4. ubi habetur de ui facta ad hoſtium mulieris animo cum ea adulterandi; & ibi plenè habet, quid ſi uis, quid uiolentia, & quid actu, ui factus, & quot modis committatur uiolentia. uide Boſſ. in tit. de plurib. uiolētijs, & Gomeſ. in tit. de delictis, c. 4. & uis quinque modis committitur, ut per Menoch. de recup. poſſeſſ. in prælud. num. 38. cum
22 ſeq. & † qua pęna puniuntur clerici propter uiolentiā; Diaz. in pract. cri. can. c. 95. & de omnib. uiolentijs, & eorum remedijs, uide omninò Io. Ant. de Nigris, ſuper c. Regn. in c. ſubditorum de uiolentijs, ubi latiſſimè.

24 Item † adde, quòd uerbum auferre habet duplex ſignificatum, cum uiolentia, & ſine, ſecundum Ang. in l. poſtquam, col. 2. de petit. hæred. ubi dicit, quod ſi teſtes deponant, quod uiderunt auferre de manibus accuſantis, non probant neceſſario, & concluſiuè, quia debent dicere uiolenter abſtulit, quē ſequitur Aret. in l. ſi filiusfamilias de teſtam. & Iaſ. in l. non hoc, nu. 9. C. unde legitimi.

24 Item † adde, quòd uerbum uis latè ſumptū uerificatur quoties quis propria auctoritate illicitè ſibi ius dicit, uel occupat propria auctoritate rem ad alium ſpectantem, l. extat. ff. quòd metus cauſa, & Corn. in conſ. 33. num. 25. uol. 3.

25 Item † adde, quòd accuſatus de ui ſimpliciter, & in libello non dixerit cum armis, uel ſine, & poſteà probatum fuerit, ꝙ uim cum armis intulerit, de ui publica erit puniendus, licèt in libello non dixerit cum armis, Luc. de Penn. in l. 1. nu. 6. C. de Nauicul. ſeu Nauellet. lib. 11.

26 Item † adde, ſi ſtatutum dicat, quòd ſi quis uoluerit aliquam uiolēter corrumpere, puniatur pęna mortis, intelligitur de eo, qui actualiter corruperit uoluntariè, quò ad ſe, ſed uiolenter, quò ad corruptam, Paul. de Caſtr. in l. ſi conſtiterit, ff. fin. regun. & Boſſ. in titulo de pluribus uiolentijs, & Caſſan. in conſil. 40. *Baiar.*

27 *Faciens igitur inſultum.*] Adde, † quòd quis non dicitur inſultum facere, niſi adeò ſit propinquus inſultato, ut poſſet ipſū uerberare, ſi uellet, eſt doctrina Bald. in c. 1. §. ſimiliter, quibus modis feud. amitt. & Foller. in pract. crim. uerb. recipiātur defenſiones, num. 35. *Baiard.*

i *Compellens aliquem.*] Menoch. de arbitr. iud. caſ. 395. Peregr. de iur. fiſc. lib. 2. c. 6. *Roſſ.*

28 *Compellens aliquem teſtari.*] Adde † Menoch. de arbitr. iud. caſ. 395. fol. 373. ubi pleniſſimè de pęnis, quibus puniūtur impellentes, uel prohibentes teſtari.

29 Item

29 Item † adde, an compellens aliquem per vim, & metum iuſtum etiam mortis, pecuniam, aut rem aliquam ab aliquo, etiā mediante aliquo contractu, conſequitur, committat furtum, & rapinam, vel de vi publica, aut priuata ſit puniendus, Bero. conſil. 193. per totum, vol. 3. vide etiam Bart. in l. 3. ff. ad l. Iul. de vi priuata, vbi de illis, qui faciunt aliquem redimi, dicendo, te depredabor, vel interficiā, niſi ſoluas mihi tantam pecuniam. *Baiard.*

K *Oſculum inferens.*] vi. Pegueram deciſ. 7. Farinac. q. 142. par. 1. per totam, uol. 5. n. 254. & alijs ſeq. *Roſſ.*

Oſculum inferens mu-
30 *lieri.*] Adde, † quòd Piſiſtratus Athenienſis tyrannus, cum adoleſcens quidam amore captus, eius filiam oſculatus eſſet, vxori hortanti, vt ab eo capitale ſupplicium ſumeretur, reſpondit, ſi eos, qui nos amant interficiamus quibus odio ſumus? Menoch. de arbitra. iud. caſu
31 287. vbi habetur, † etiam quod deoſculantes impudicè virum, ſiue feminā, pæna arbitraria puniuntur, ſed in Regn. Neapol. oſculantes per vim mulieres puniuntur pæna mortis, Franc. in dec. 333. nu. 6. vol. 2. per Pragmaticā
32 † Regis Philippi, ſub tit. de oſculantibus mulieres quod tamen non vidi ſeruari in practica, & in ſta-
33 tu † eccleſiaſtico amplexantes, ſiue deoſculantes mulieres virgines, ſiue viduas, incurrūt pænam fuſtigationis, & amiſſionis bonorum, & alias pęnas, de quibos per conſtitut. Marchiæ in lib. 4. ca. 72. & ibi etiam diſponitur, vt matrimoniū inter eos contrahi non poſſit: ac in ciuitate Neapolis mulier patiens ſe deoſculari perdit penitus ipſo facto dotes omnes, ſi quas habet, vel habitus eſſet: & à paterna, à maternaque ſucceſſione pariter expulſa, omni eius compendio, & cōmoditate remanet irrecuperabiliter ſpoliata, & nullus pro ea intercedere poteſt, alias punitur, ita prouiſum fuit per cap. Regni 292. incip. vt ſine mortalis, de rapt. virg. ſub colore matrimon. *Baiard.*

l *Aliter tamen.*] Vide Peguer. vbi ſupr. Vulpel. conſ. 31. n. 8. & conſ. 95. & 147. *Roſs.*

m *Quod quidam.*] Far. p. 4. nu. 168. & 169. *Roſſ.*

n *Niſi pluſquam magnæ circumſtantiæ factum aggrauarent*] Et de circumſtantijs ſupra q. 66. verſ. ſed quid ſi pro parte; infra hac ead. quæſt. verſ. ſed quæro, circa fin. ibi, modo qualitas delicti. *Drogh.*

Niſi pluſquam magnæ.] Vide Vol. diuerſ. Zileti prima edit. conſ. 94. lib. 1. & Far. d. p. 4. nu. 167. *Roſ.*

Oſculum k inferens mulieri per viam, punitur pœna extraordinaria. Et ita concluſum fuit in conſilio Neapolitano, vt refert Afflict. deciſ. 276. Sereniſſ. Rex l Aliter tamen iudicatum fuit per Triuultiū, qui fecit cuidā Gallo, qui per vim oſculatus fuerat mulierem nuptam, caput amputari, vt refert Boſſ. in tit. de extraord. crimin. poſt numerum 3. Grammat. autem conſ. 48. conſuluit, m quod quidam qui oſculatus fuerat puellam in via publica, cum qua præceſſerat tractatus matrimonij, erat abſoluendus. Et refert quod ita fuit iudicatum. Mihi placet, quod pœna in huiuſmodi caſibus relinquatur iudicis arbitrio, iuxta facti, & perſonarum qualitatem: nunquā tamen imponerem pęnā mortis pro oſculo, vel cum vi, vel ſine vi illato, n niſi pluſquam magna circunſtantiæ factum aggrauarent.

7 *Partū o exponens, punitur pęna extraordinaria, vt eſt text. cum gloſſ. in verbo, animaduerſioni, C. de infan. expoſ. Senatus tamen in facti cōtingentiam quandam Paloſinam puellam nobilem, quæ vt infamiam vitaret, puerū, quē peperat exponi iuſſerat, abſoluit, 16. Decembris 1547.*

8 *Puniuntur p etiam extra ordinem illi, qui ſuperſtitione numinis alios terrent, prout faciunt illi, qui mittunt præcepta Vallis Ioſaphat, quorum vnus, qui appellabatur Carlettus, fuit poſitus ad catenam infamem, 10. Aprilis 1553. Et alius quidam Thomas Mātellus, qui tranſmiſerat quoddam pruceptum ſub nomine domini noſtri Ieſu Chriſti, iuſſus fuit q renunciare præcepto, & fuſtigari, 10. Septemb. 1556. P. N.*

9 *Item puniendi r ſunt extra ordinem illi, qui iniuriam alteri faciunt contra bonos mores, veluti, ſi quis fimo corrupto aliquem perfuderit, vt dicit text. in dicta l. 1. ff. de extraord. crim. prout quidā Paulus Comete, qui Amphoram ſtercore plenam in quandam mulierem proiecit; & fuit affectus duobus ictibus funis, licet haberet remiſſionem à muliere, & eius viro, 17. Iunij 1556. P. N.*

10 *Terminos s mouens punitur arbitrio iudicis, vt eſt tex. in l. 1. ff. rer. amot. vt tamen colligi poteſt ex legibus illius tituli, vera reſolutio videtur eſſe; quòd ille, qui ſciēs eſſe terminos, eos dolo malo mouerit cauſa iurium occupandorū, ſi eſt nobilis, relegatur ad tempus, ſi eſt vilis, fuſtigatur, & relegatur per biennium. Ille verò, qui illos mouet cauſa fines offuſcandi, punitur pęna arbitraria. Qui autem illos mouet dolo malo, non quidem animo occupandi confinia, neq; ea offuſcandi, neq; lites ad ſui commodū ſuſcitādi, ſed alia ex cauſa, puta, vt lapides ipſos furetur, vel vt alijs negotium faceſſat, punitur pęna quinquaginta aureorum. Et hæc eſt communis op. vt atteſtatur Plottus in repet. l. ſi quando. nu. 726.*

11 *Sed u quæro, Quando pæna eſt à lege iudicis arbitrio re-*

34 o *Partum exponens.*] Adde Menoch. de arbitr. caſ. 399. folio 375. vbi quibus pœnis puniantur exponentes partus, & an expoſiti cenſeantur legitimi, & an poſſint promoueri ad ſacros ordines.

35 Item † adde, qnod pœna partum exponentis non videtur habere locum in filio ſpurio, per ea, quæ tradit Vulpell. in conſ. 94. num. 11. *Baiard.*

p *Parturiuntur ét.*] Menoch. in caſ. 388. in fine de arbitr. iud. *Roſſ.*

Puniuntur etiā.] Ad-
36 de, † quòd de iure debet relegari, vt per text in l. ſi quis aliquid, ff. de pæn. & Boſſ. in tit de extraor. crimin. nu. 9. vbi allegat iſtū text. & refert aliquos à Senatu ita punitos fuiſſe. *Baiard.*

q *Renuntiare præcepto, & fuſtigari.*) Genus hoc præcepti execrandi, quomodo originem habuerit, memini me aliàs legiſſe, ſed non recordor nunc, vide Menochium de arb. iud. lib. 2. centu. 4. caſ. 388. in fin. interim vide tex. in l. ſi quis aliquid, ff. de bon. damn. *Drogh.*

r *Item puniendi ſunt.*) Menoch. caſ. 385. *Roſſ.*

ſ *Terminos mouens.*) Adde & fuſius per Menoc. de arb. iud. lib. 2. cēt. 4. caſ. 393. & vide quid in ſuis legibus cōtra hos ſanciuerint Plato, Num. Pōpil. Lex 12. tab. Caius Cęſar, ac alij nonnulli Cęſares. *Giach.*

Terminos mouens.)
37 Adde † Menoch de arb. caſ. 393. fol. 388. vbi plenè. *Baiar.*

t *Sed vilis fuſtigatur.*) Pauper, & vilis à nobili & diuite in multis differunt, vt paſſim tam apud legislatores, quàm in præſenti practica, videri licet vt eſt ſupra q. 8. verſ. ſcias tamen ad finē, & ibi latè deduxi. *Drog.*

u *Sed quæro.*) Boſſ. de iniur. nu. 30. Farin. tit. de delict. & pænit. q 7. volumine 1. num. 34. *Roſſ.*

Sed quæro quando.) Adde videndum omninò ad hanc quęſtionem Menoch. de arbitrar. iudic. in quæſtione octuageſimaſexta, vbi latiſſimè.

38 Item adde, † quòd in pœna arbitraria iudex poteſt punire pæna corporali, & pecuniaria inſimul, Afflictus deciſion. 276. & ibi Vrſill. in addit. in princip. & Cardin. in clement. 2. de hęre. §. 2. Et in vili perſona licitè iudex arbitrari poteſt fuſtigationem, Crauett. conſilio 224. numero tertio, & etiam imponere poteſt pœnam remigationis, idem Crau. conſi. 18. nu. 18.

39 Item † adde, an iudex poſſit pęnam mortis imponere, ſtante ſtatuto diſpunente, quòd pænæ ſint arbitrariæ iudici, Pariſ. de ſynd. in verb. an ſi ſtatutum, relinquit pænas arbitrio iudicis, vbi multum diffusè.

Item